

## PRAEFATIO.

tio, si typis exscribi paterer. Permissi itaque  
ut exscriberetur, in quem finem, quantum  
fieri poterat, repetita praelectione instituta  
nonnulla adieci, quae adiecienda videbantur.  
Id saltem doleo gravissimum sphalmatum nu-  
merum in ipso adhuc existere libello, quod eo  
facilius coniigit, cum ob aliorum laborum mul-  
titudinem ipsemet correctiorem revisionem sus-  
cipere haud potuerim. Quare necessarium vi-  
debatur, ne mihi ipsa tribuerentur sphalmata  
portentosa, ut errata libello adiicerem, haud  
quidem omnia, nimius enim fuisset erratorum  
catalogus, sed grauiissima tantum et plane into-  
lerabilia. Rogandus itaque mihi es, LECTOR  
BENEVOLE, velis, priusquam legas, corrigenda  
notata pariter atque ea quae deprehende-  
ris non notata aequissimo emendare animo, ne-  
que meae haec tribuere leuitati, qui forsitan  
laborum meorum perpetuitatem ignoras. Sed  
haec ab aequissimo quoquam expecto. Venio  
iam